



Handwritten text, possibly a signature or date, in cursive script.



15

COETVVM
IN SAXONIA SVPERIORI SANCTORVM
SACERDOTEM SVMMVM
SEPTEM VIRTVTIBVS CONSPICVVM,
IN
VIRO
MAXIME REVERENDO, MAGNIFICO, EX-
CELLENTISSIMOQVE,
DOMINO
JO. CHRISTIANO
BVCKIO,

SS. THEOLOG. DOCTORE CELEBERRIMO,
ANNO MDCCXXIII.

SERENISSIMI POLONIARVM REGIS, ATQVE
PRINCIPIS SAXONIAE ELECTORIS PROVIDENTIA SAPIEN-
TIAQVE AD AMPLISSIMAM SVMMI IN AVLA PRAESV-
LATVS DIGNITATEM EVOCATO, ET IN CONSILII
RERVM AD ECCLESIAM PERTINENTIVM SPECTA-
TISSIMO, GRAVISSIMOQVE,

VENERABANTVR SVBMISSISSE
DEVOTISSIMI TANTI PATRONI CLIENTES,

JOHANNES JOACHIMVS Gottlob Am-Endel
ET

FRIDERICVS VVOLFFGANGVS VVENZELIVS,
IN ILLVSTRI MOLDANO OPTIMARVM ARTIVM STVDIOSI

VITEMBERGAE, LITERIS AVGVSTI KOBERSTEINI.



ARTISTES rerum Sacrarum, & SUMME SACERDOS,
BVCKI, Saxonica PRÆSVL VENERABILIS aulæ,
Urget nos pietas, nullum moritura per ævum,
Spargere thura Tuas vota mente per aras,
Quæ non rejicies vultu pia dona severo.

Vilia nec spernes caryotæ munera nostræ:

Qui Virtute Tua jam præmia digna daturi

Jure Sacerdotis Summi remificimur omni,

Quem dilecta Deo quondam gens vidit Hebraæ,

Cæde piatura, peccatum mittere ad orcum.

Hic superaturo stellas splendore micantes

Vestitu corpus circumdatus undique fulsit.

Septem fulmineo narrantur ab ore Moysis

Præcipue partes, queis nil præstantius usquam,

Ex quibus hæ vestes, auroque ostroque rigentes,

Artificis docta fierent solertis ab arte.

Verum hæc cur calamo meminit nutante Thalia,

Perpetuo nobis Summe VENERANDE PATRONE.

Scilicet ut tenui radio licet usa sub umbra

In Te commendet multo majorem Aarone

Quandoquidem longe es meliori luce coruscus.

Sed quid? Hydaspæis forsan flammantia gemmis

Vestimenta videt quis? seu radiantibus artus

Æribus impletos, quales facer ille gerebat?

Non: sed nobiliore videt Te veste nitentem,

Pectora qua cinctus, quod Arabs dis jactitat, aurum,

Et quas aurifluus fundit Pactolus arenas

Exuperas, splendorque Tuus supereminet omnes,


Purpureo quamvis tincti sint murice, amictus.

Nam

Nam sicut septem constabant partibus illæ
 Vestes, quæ summi cingebant Præsulis amos:
 Sic septem radiant (hæc est pulcherrima vestis:)
 DEVENERANDE, Tui late Virtutibus artus.
 In Te quippe suam Pietas Sanctissima sedem
 Tanquam adamantæis fixit sub pectore clavis,
 Quam sancta cum mente DEO, qui torquet Olympum,
 Post Regi, æterno nunquam non marmore digno,
 Declarare studes, veræ Virtutis amator.
 In Te præterea sita magna scientia rerum:
 Qua Sacro Sancta DEI cunctis mysteria pandis,
 Ducis & attonitas gravibus sermonibus aures.
 Nam quis mella Tuæ gustans dulcissima linguæ,
 Te tanto haut censet, quo fungere, munere dignum,
 Qui Sacro Ambrosium eloquio superare putaris?
 Quid? quod Thespiadum decus immortale Sororum,
 Pieriis polles studiis, munitaque, rite
 Artibus & variis gestas præcordia linguis.
 In Te Cecropiæ latinant secreta senectæ,
 Quæque olim Latii Musa cecinere celebris,
 Imis cuncta Tuis hærent infixæ medullis.
 Quid de sublimi dicat memoretque Camæna
 Cognitione Tua, quam Curia Sanctior audit,
 Consiliis animosa Tuis, quibus usa repente
 Surgit, & ancipites ponit de pectore mentes?
 Tu vel prudentem multum sapiente Lycurgum
 Consilio superas, curamque Sagacis Ulyssis.
 Quanta deinde Tuam firmet prudentia mentem,
 Qua tanquam solida nixus fultusque columna,
 Officium polles humeris sustinere Sacratum,
 Hoc satius nobis fuerit narrasse tacendo.
 Quid (laudum nobis totum quia panditur æquor)
 Dicendum humano de animo, qui Te decet unum?
 Dum laturus opem cunctis pia vota ferentes
 Non spernis, sortemque hominum, cui pauper amatur,
 Fortunæque parum felicitis fulmine tactus.
 Namque Tuo afflictos studio miserente Clientes
 Erigis, atque illis portum Te ostendis & aram.
 Denique quo magnas tollemus carmine curas,
 Assiduo quæ Te noctesque diesque fatigant:
 Purior ut cætus capiat nil undique damni,

Illius-

Illiusque falus laurorum crefcat ad inftar:
Mufarum ut fedes, melioris Apollinis antra,
Hoftili infultu tutæ ferventur ab omni?
ANTISTES tantis ergo Virtutibus aucte,
Et commune Decus, quo non eft fanctius ullum,
Nefloris & feræ Tithonia fata fenectæ
Ut TIBI contingant devota mente precamur.
Nunc vetus ille Paris, nunc & vetus ille Palæmon
Surgant, vera ftlylo noftro decreta daturi:
Credimus hos uno faffuros ore: SACERDOS,
Quo jam Dresdensis fplendefcens aula fuperbit,
Parte Sacerdotem Summum præcellit ab omni.
Euge DEVS! DEVS Euge! VIRO da vivere tanto
Mathufalæ placidam farto cum corpore vitam.
Cæribus Hunc Sacris ferva, fervaque Palæftris,
Quas Mufis dicata colit luftando juvenus.
Serva fortunæ gravitate Clientibus icfus.
Triftia pelle procul: procul omnes pelle procellas
Immitis fortis: morborum pelle dolores,
Atque exantlatis cælum da vifere curis.
Daque Ejus domui famam, quæ terminat aftris,
Gaudiaque æternis non diminuenda diebus.



AB 180007


ULB Halle 3
002 378 078



5b.

VD 77





75

COETVVM

IN SAXONIA SVPERIORI SANCTORVM
SACERDOTEM SVMMVM
SEPTEM VIRTVTIBVS CONSPICVVM,

IN

VIRO

RENDO, MAGNIFICO, EX-
NTISSIMOQVE,

DOMINO CHRISTIANO COCKIO,

DOCTORE CELEBERRIMO,
O MDCCXXIII.

LONIARVM REGIS, ATQVE
LECTORIS PROVIDENTIA SAPIEN-
IAM SVMMI IN AVLA PRAESV-
EVOCATO, ET IN CONSILIIS
IAM PERTINENTIVM SPECTA-
GRAVISSIMOQVE,

ANTVR SVBMISSISSIME
ANTI PATRONI CLIENTES,

CHIMVS Gottlob Am-Endel
ET

LEFFGANGVS VVENZELIVS,
O OPTIMARVM ARTIVM STVDIOSI.

ERIS AVGVSTI KOBERSTEINI.

